busuis Dillationibus et legalibus impedimentis non
differendo, ad quietationem Cetera ultra proximas Offi-
1700. cii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis
Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque
Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia Partis simplicibus vel triplicatis Evoca-
tionibus Suspensionibus, fatalis Juris praescriptione
Terrestri bello Conventioneq. ac aliis omnibus Juris
remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio
quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Re-
cognitione ad praemissa omnia mediante.

Woiakowska Grabi obligat.

736 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen-
tibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosa
Zophia Felcowna olim Gnosi Gaspari Woiakowski Judi-
cis Terrae Premysliensis Consors derelicta Vidua, sana
mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Ju-
risdictionibusq. suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Pre-
mysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se
cum Successoribus Bonisq. suis generaliter omnibus to-
taliter et plenarie totaliter et plenarie incorporando
atq. subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expres-
sum recognovit. Quia ipsa Bona Juribus suis subiecta
nempe totam et integram Villam Janhowice in Palatina-
tu Russiae Terra vero et Districtu praesenti Premy-
sliensi iacen. et consisten. Cum omni praemissorum Bono-
rum Jure, Dominio, proprietate, titulo obligatorio cumq.
omnibus et singulis Bonorum eorundem Utilitatibus, fructi-
bus proventibus, reditibus commodis, emolumentis, et ob-
venientiis quibusvis, tum agris, fundis, pratis, campis, pa-

saris pascuaris, Sylvis, borris, gaiis, nemoribus, indagini-
bus, rubetis, Vepretibus, Virgultis, mericis, stagnis ma-
gnis et parvis piscinis, fluviis, fluminibus, Lacubus, palu-
dibus, rivis, rivulis, torrentibus, aquarum decursibus, mo-
lendinis, tabernis, horreis, holodiis, hortis, pomariis, api-
steriis, apum mellificiis, sepibus, sepimentis, structurisque
et aedificiis quibusvis: necnon Subditis, Cmethonibus, Horto-
lanis, Inquilinis, aliisque quibusvis Incolis Bonorum praefa-
torum, eorundemque Subditorum Laboribus, Censibus, dationi-
bus, Vecturis, mensis, officiis et obsequiis quibusvis
attinentiis et pertinentiis generaliter Universis, nihil
ex praemissis Juris Dominii proprietatis ac cuiusvis compe-
tentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque Suc-
cessoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo
verum ita late, longe circumferentialiterque prout eadem
Bona ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat
ipsamque concernebant, ac eidem Legitime serviebant, Jam
exnunc et de facto, Gnoso Joanni Grabia eiusque Posteris
in Summa Octo Millium Florenorum Polonicalium per se
Recognoscentem levata et percepta, de qua praesentibus
quietatur, hinc et ab Actu praesenti ad Diem et Festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sex-
centesimo Septuagesimo Secundo proxime et immedia-
te Venturo incidens, et in defectu pro tunc eorundem Bo-
norum Exemptionis Summaeque suprascriptae Octo Millium
Florenorum Polonicalium totalis et integrae realis persol-
utionis, exnunc de Anno ad Annum Festo ad Festum pro
simili Die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli
se se determinans, Annis et Festis sese continue et imme-
diate sequentibus usque ad Exemptionem Bonorum eorundem, Sum-
maeque memoratae totalis et integrae realem et effectivam
persolutionem obligavit, inscripsit et invadiavit, prout
obligat, inscribit et invadiat praesentibus. In quo quidem

1702

Bona supra scripta, praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata iam ex nunc et de facto eadem Recognoscens Gnosa Zophia Jelczowna olim Gnosi Gaspari Woiakowski Judicis Terrae Premysliensis Consors et relicta Vidua, praefato Gnoso Joanni Grabia obligatario suo, eiusq Posteris, coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq Possessionem per Ministerialem quemcunq compe tentem et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose accepturus. Per ipsum Obligatarium suum ipsiusq Posteros, haec eadem Bona praemissaq omnia praesentibus inuadiata cum Vniuersis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus attinentiisq et pertinentiis generaliter omnibus tenendi, habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi ac ad vsus suos suorumq Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi modo ac Iure obligatorio; Debetq et tenebitur memorata Recognoscens Generosa Zophia Woiakowska, prout se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis, eidem supra scripto Gnoso Joanni Grabia obligatario suo inscribit et obligat, praefatum ipsum et eius Succeres in dictis Bonis praemissisq omnibus praesentibus per se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq Conditionis status et sexus cuiusuis existentium, exorienda, in omni Judicio et Officio Regni semper toties, quoties opus fuerit tueri, defendere euincere, intercedere et eliberare, indemnemq cum Posteris reddere nec non haec eadem Bona, praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quouis cuicunq personarum factis

et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super 1709
eadem Bona suprascripta modo quocunq importatis et im
portandis, Lucris deniq et Perlucris, Processibusq Juris
quibusvis in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus et
in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinen
dis super praemissis omnibus praesen obligatis perlucris
et perlucrandis emundare et eliberare, mundaq et libe
ra semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam co-
ram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum eorund
praesentibus inuadiatorum dum per Ministerialem com-
petentem et Nobiles duos Officiose requiretur non dene
gare imo debebit et tenebitur eamq libere et effectualiter
admittere dataq et admissa eadem, Possessionem et Usum-
fructum praemissorum omnium praesentibus inuadiatorum,
quovis modo tam per se quam per suas quasvis sub-
missas et subordinatas personas non praepedire nec adi-
mere ipsumq obligatarium suum, et illius Posteros in prae
missis omnibus praesen obligatis nullo modo iniuriari,
ita ut haec eadem Bona praemissaq omnia praesen inua-
diata, idem obligatarius suus, cum suis Posteris, quiete
et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoria vigore
tenere, habere, et possidere queat, illisq uti frui possit, usq
ad exemptionem Bonorum eorund summaeq memoratae
totalis et integrae realem ac effectiuam persolutionem:
Idq sub Vadio similis Summae Octo Millium florenorum Po-
lonicalium, per eandem Recognoscentem, siue eius Suc-
cessores, suprascripto obligatario suo, ipsiusq Successoribus,
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit
ad soluendum succumbendo: Pro quo quidem Vadio mo-
do praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua prin-
cipali ex praemissis non completa complenda circa existen,

1704 memorata Recognoscens, Generosa Zophia Wrahowska suo et suos Successores ad instantiam praefati Gnosi Joannis Grabia obligatarii sui vel eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Juri parere, respondere, Vadiumque praefatum Luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios vera infirmitate, pro Maiori Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Equicurem, velaliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Juris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

20/VI Sabbatho post Festum Sanctorum Vitti & Modesti Martyrum proximo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.